



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis, Commentariorum Libri LVIII

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Sacrificium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

Porcorum immolatione plenius quædam appoſuiſſem, ab eo autem quod ſuper delirio nuper atti- geramus, incipiam.

DELIBRII PIACULUM. CAP. XXIX.

Immolari ſiquidem Porcum ab laborantibus inſania, verborum- que delirio, multificius Plautus indicat Menachmis :

*Nunc ipſi natura Deo mihi respondeas
Adoleſcens, quibus hic pretiis Porci venerunt,
Sacres, ſynceri nummum unum en à me accipe,
Jube te piari de mea pecunia :
Nam ego quidem inſanum eſſe te certo ſcio.*

In eandem ſententiam Horatius Sermonibus :

Immolet equis Hic Porcum Laribus ?

quod is inſania minime laborare videretur, qui dives, neque per- jurus, neque ſordidus haberetur.



SACRIFICIUM. CAP. XXX.

Sed tamen multis porro myſteriis Porcus ſacrificari ſolitus, ut animalium ſoli Sues *ἱεῖαι δὲ τῶν ἱεῖων*, quod immolare eſt, meruerint appellari : Latine ſacres teneri adhuc : & in veteri comædia Sues myſterici nuncupantur, eaque laudatiſſima erat hoſtia, ſi quis inventus eſſet Porcus, qui ſolidas ungulas, non di- viſas haberet. Quod ne cui mirum videatur, ſciendum eſt, ex Ariſtotele, in Macedonia Æmatheolicas Sues unguibus eſſe ſo- lids.



SACRAMENTUM. CAP. XXXI.

Porcus in
juramenti
adhibitus.

Per Porcum ſane jurare Agamemnonem apud Homerum legi- mus. Et pugiles certamen inituros juxta Horcii Jovis ſtatuam in Elide maçtato Porco ju- rare ſolitos, ſine fraude ſeſe comparalle, tradit Paulanias. Quinetiam iudices præfectosque certaminum eodem ſacro, & apud eandem ſtatuam juraſſe tradit. Nulli vero Porcum illum, per quem illi juraſſent edere licuiſſe : quare Talthibius Homericus Porcum, quem Agamemnon pro juramento ſtatuat, arreptum in mare præcipitem dedit. Addemus & illud, Cenſores Romanos completo quinquennio luſtrari ſolitos, ſacrificia de Sue, Ove, Tauro facientes, quæ unica diçione SOLITAUROLIA vocabantur, ut obiter apud Pædianum in Divinationem corrigas, quod duabus locutionibus diſſitum legitur in vulgatis codicibus, *Soli Taurilia*. Cereri autem Porcus, uti dictum, in primis maçtabatur, ſive quod paſtu ſegetum & diſſipatione, magnas arvis inferat clades, ut apud Ovidium,

2. Feſt.

Prima putatur

Hoſtia Sues meruiſſe mori, quia ſemina roſtro

Erucrit pando, ſpēmque, interceperit anni.

ſive conciliandæ fecunditatis gratia, cum animal ſit (ut id identidem repetamus) ſcetura admodum prolifica: Adhiberi ſane ſacrificio Cereali Porcam auream & argenteam nuncupatam, ait Atteius Capito : quæ etſi numero hoſtiarum non ſint, nomen tamen earum habere, alteram ex auro, alteram ex argento factam. Propudiatuſ vero Porcus dictus eſt, idem aſſerit Capito, ſacrificio gentis Clau- diae velut pulpamentum & exolutio omnis recontractæ religionis eſt. Sed ut ad foedus revertamur, Porco etiam caſo ſacra fieri ſolita, quotiens inter populos conſecto bello, vel pax fiet, vel foedera confirmarentur. Sed quod Virgilius ſæminino genere, *Caſa jungebat ſædens Porca*, dixerit, Quædam (ait Quintilianus) non tam ratione quam ſenſu judicantur : ut illud, *Caſa jungebat ſædens Porca* fecit elegans fiçtio nominis : quod ſi feciſſet Porco, vile erat. Quod vero Servius ait falſo dictum à Virgi- lio, Porca, quod ad hoc ſacrificii genus Porcus adhiberetur, Tranquillus in vita Claudii, cum Regi- bus